



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Basilea Sacra Sive Episcopatvs Et Episcoporvm  
Basileensivm Origo Ac Series**

**Sudan, Claudio**

**Brvntrvti, 1658**

50. Joannes de Cabilone seu de Chalo[n].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11463**

Anno  
Christi  
1325.

## IOANNES

De Cabilone, seu de  
Chalon.

*Basileensis Episcopus.*

L.

Hunc ex Illustrissima Orangiæ Principum stirpe natum, Ioannes XXII. Summus Pontifex, Gerardo successorem dedit. Obnitezantur iterum Canonici, qui unanimi studio in electionem Hartungi Mönich conspirarent. Atque is Hartungus iam exacto ab urbibus & arcibus sacramento, Cabilonensi excluso, se in publicis litteris Episcopum Basileensem propalabat. Verum, irrito conatu: cedendum fuit tandem auctoritati Pontificiæ. Quâ factum, ut Ioannes Cabilensis in possessionem Episcopatus Basileensis immitteretur: quem tamen

men titulum diu non retinuit.  
Nam electus Carnutensis Episco-  
pus, Basileensem administratorem  
se nominabat. Eius obitus diem  
scribunt 23. Maij anno 1330. Sexen-  
nio antè mortuus Ulricus ultimus  
comes Pfirtensis, duas reliquerat si-  
lias, Ioannam & Ursulam. Prima  
connubio juncta est Alberto II. Al-  
berti I. Romanorum Regis filio, Ru-  
dolphi Imperatoris Nepoti, quem  
cognomento Contractum & Sapi-  
entem dixerunt. Hic Albertus II.  
Rudolpho, Henrico, Othono, Fride-  
rico ac Leopoldo, fratribus sine pro-  
le, saltem mascula defunctis, solus  
supererat Austriacarum ditionum  
hæres, & quidem sacris maioribus  
initiatus, Passauiensis Episcopus ele-  
ctus. At ne nobilissima & tot Im-  
peratorum ferax maximo orbis  
damno deficeret familia, à Pontifice  
solutus religione Albertus, uxorem  
duxit,

*Anno  
Christi  
1325.*

*Anno  
Christi  
1325.* duxit stirpemque propagavit. Numeratis affini suæ Ursulæ octo Coronatorum millibus, Comitatum Pfirtensem obtinuit; quem deinde Archiduces Austriæ, jam tum Alsatiae Landgravij, feudi nomine ab Episcopis Basileensisbus conferendum, & ubi res terret ac Principum mutatio, rursus petendum, multis saeculis quiete possederunt: ab anno scilicet 1361. quo Episcopus Ioannes de Senna à Münsingen firmandæ concordiae & Pacis perstudiosus, Duci Rudolphi insigne hoc feudum Basileæ contulit, usque ad annum 1629. quo Archidux Leopoldus per Comitem Ioannem Ernestum Fuggerum ab Episcopo Ioanne Henrico ab Ostein, Clientelare jus in Comitatum Pfirtensem petiit, & more maiorum, se Basileensis Ecclesiæ Beneficiarum luculenter contestatus est. Sed ut ad Albertum redeamus,

Alt-

Altkirchium ille mœnibus cinctū ad  
oppidi elegantiam effecit sub an-<sup>Anno  
Christi  
1325.</sup>  
num 1330. Anno verò 1326. Ludo-  
vicus Bavarus mortuo Friderico æ-  
mulo suo, cum Austriacis fratribus  
Othonē & Alberto pacem compo-  
suit, iis conditionibus, quas pro ar-  
bitrio Ioannes Boëmiæ Rex dīribitor  
constitutus decerneret. Ea verò fuit,  
ut Cæsar Othoni pro belli sumptu-  
bus viginti Imperialium nummo-  
rum millia refunderet, & quatuor  
Imperij Civitates eius ditioni adii-  
ceret; Schaffusium, Rheinfeldam,  
Neoburgum, Tigurum. Sed Ti-  
gurinis pacta hæc privilegiis suis  
contraria obtendentibus, de Brisaco  
conventum est, sua Tiguro libertate  
permisſā. Postero anno 1327. die 3.  
Iulij, sævo incendiō minor Basilea,  
ferè tota conflagravit. Ioannes ve-  
ro de Chalon Episcopus, ex relatio-  
ne Gilberti mortem oppetiit in Bur-  
gundi

270

*Basileensium*

*Anno Christi* gundia 23. Maij 1330. prout ex inscri-  
ptione marmoreæ tabulæ incisa in  
templo monasterij Montis S. Mariæ  
Ordinis Cisterciensis ad Dubim flu-  
vium constituti, refertur ab eodem  
authore.

1330.

**IOANNES II.**

De Senna.

*Basileensis Episcopus.*

*L I.*

**I**OANNES Burcardi de Senna à Mün-  
singen, ex Ioanna à Bucheck filius  
Episcopatum ab anno 1330. in alta  
pace tenuit annis quinque supra tri-  
ginta, à Guillimanno celebratus in  
Berchtoldo 26. Episcopo Argenti-  
nensi. Atque ex eo Germaniæ Epi-  
scoporum numero fuit, qui suppli-  
ces Benedicto XII. anno 1338 acci-  
derent, pro absolvendo Ludovico  
Bavaro Pontificiis execrationibus  
nuper